



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Tippula.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

A exigui enim cibi causa circa magnum testarum cumulum occupari. Dialectica vero omnem Zeno Philosophus iustis quidem mensuris comparabat, quibus tamen ejus artis periti non triticum aut utile quidpiam metirentur, sed paleas, aut quisquilias & alia id genus.

DE TIPPULA. CAP. LII.

Verum ecce tibi Tippulam, mihi nihil tale cogitanti neque sentienti, ex improvise huc irrupisse, quare quid ea quoque sibi velit videamus: etiam si nihil ab Ægyptiis, quod meminerim, super ea traditum habeatur.

LEVITAS. CAP. LIII.

B Sunt qui summam levitatem, ut puta quam Maro de Camilla canit, per Tippulam apte significari posse dicant. Bestiolæ quippe genus id sex pedibus præditum, sed tantæ levitatis, ut super aquam currens non desideat. Hinc Plautus, *Neq; Tippula levius est pondus, quam fides lenonia.* *Aenei. lib. 10.*

JOANNIS PIERII VALERIANI
HIEROGLYPHICORUM
LIBER XXVII.

DE IIS QUÆ PER DELPHINUM ET
POLYPUM SIGNIFICANTUR

Ex Sacris Ægyptiorum literis.

C AD NOBILISS. MAXIMEQUE REVERENDUM JOAN. GRIMANUM
PATRIARCHAM AQUILEGIENS.

D Ustria diebus, qui proxime præterierunt, cum pientissime Præsul, purificationis ergo pulvinaria septem te secuti invisissimus, essent q; una tecum eruditissimi viri Angelus Colotius, Baptista Casalius, Pimpinellus, Antonius Maroslicanus, & Petrus Alexander; quibus candidius nil terretulit, quorum commendatione tuam ego amicitiam recens indeptus eram, multaq; inter equitandum de ambitiosissimo monumentorum studio, quod veteribus illis adeo placuisset, ultro citroq; dicerentur: suggerere enim argumentum tot disjectorum passim edificiorum moles tam immanes, qua tota gestatione nostra occurrerant, magnamq; dicendi materiam subministrabat arcana illa pingendi celandiq; ratio, qua apud eos fuisset, qui mutam quandam onitionem per rerum imagines mente concipiendam, non ullo vocis sono, licetrumpe complexu enunciandam excogitassent, aut horibus dubio procul Ægypti sacerdotibus, quos universa mox nationes, ubi ulla rerum disciplina vigeat, tacito consensu cunctis in operibus imitati studuissent. Sub hoc sermone Quirinalem prætervehti, ad alta semite late defleximus, in hortos tuos, ubi antiquissimi operis templum olim fuit, in quo ruinis obruto signa etiamnum pleraq; vetustissima sub ruderibus subtermei ejus templi reperta à vobis fuerant, ad quæ spectanda magna ingenuarum multitudo consuebat. Inter ea autem opera, præcipuum erit Veneris simulacrum, qua Cupidinem manu regebat, ipse vero Delphinum cauda apprehensum sarrigebat, ille Polypum juxta Cupidinis pedes benevolentem solo mordicus apprehenderat. Hic tu, qui veterum operibus adeo delectaris, quarebas, quid id sibi vellet argumentum. Neq; aberunt ex loci curatioribus, qui visitantium opiniones exceperunt innumeras, plurimum vero qui rem temere factam arbitrabantur, animaliaq; illa ad ornatum tantum apposta putarent: vel si quod in ea re consilium fuisset, certe non ullum aliud, nisi ut statua pene nuda aliquo firmarentur fulcimento, facile lapsura nisi admniculis hujusmodi veluti adglutinata præsepit, q; sustentarentur, neq; altèrius cujuspiam rei significationem præ se ferre, nisi quis diceret, Venerem mari ornam, maternisq; pecoribus Cupidinem adblatiri. Tuq; mi Domine, ad me conversus, quid super hoc mihi videretur postulasti. Ego autem